

**www.e-rara.ch**

**Examinis perpetui in annales Caes. Baronii Cardinalis, centuria I.-[III.]**

...

**Otte, Johann Heinrich**

**Tiguri, 1676**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-10817>

Fuga vacui.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## FUGA VACUI.

**D**E statu Ecclesiæ Petrus ab Alliaco, Archiep. Cameracensis & Cardinalis, qui obiit 1426. ac inter alia de emendatione Ecclesiæ scripsit, cujus libellus oblatus in Concilio Constantiensi primoribus Ecclesiæ, excusus Colon. 1535. per Orthuinum Gratium presbyterum. Idem extat in Bibliotheca Patrum edit. Basil. p. 1085 --- 1123. Fascic. Temp. p. 203. seq. In eo ipse Cardinalis de Reformando Papa, Cardinalibus & cæteris Prælatibus, Clericis & Monachis agit: item de potestate Ecclesiæ, de exactionibus, emunctionibus, pressuris atque oneribus Rom. Curia, de ceremoniis, & aliis abusibus ac superstitionibus.

Sic Gerson, Alliaci discipulus, Parisiensis Cancellarius, contra Papalem potestatem manifestè scribit, & adhuc num à Sorbona contra Jesuitas defenditur. De eo Trithemius testatur, illum dissoluto Constantiensi, cui interfuit, Concilio, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatibus, rebusque privatum esse ob veritatis defensionem, insidiis petum, ac in fuga Lugduni decessisse.

Prostant quinetiam Germanicæ Nationis, & Sacri Imperii gravamina, tum Maximiliano Imperatori, tum Pontificis Oratori in Comitibus Germanorum Principum Norinbergæ proposita: vid. Goldast, Statut. Inapp. T. 2. à p. 119. & in Ration. p. 396. *Reichsabsch.* à p. 215. Freher. rer. Germ. Script. T. 2. à p. 373. ad an. 1510. quo maximè Julii II. martialia studia notantur, præcipuè odium & perfidia in Galliæ regnum, arrogantia, quæ utrumque sibi gladium tribuit, unde clave Petri in Tiberim projecta, Pauli semachæra accinxit. Hanc ob causam in Turonico Concilio quæstio tractatur, annon liceat Principi subducere se ab obedientia Papæ, seu an Hierarchia sit absolutè necessaria in Ecclesia: Libert. Gall. T. 1. à p. 312. Inde etiam Pragmatica stabilita sanctio: ib. 269. & 273. seq. quæ utinam non, irritis subditis, Principibus & Parliamentis, magno cum Regni detrimento, abolita fuisset mox à Rege excommunicato & invito anno 1515.

De Germanicæ Nationis Pragmatica sanctio: Goldast. *Reichsabsch.* à p. 228. an an. 1510.

Hispania non minori autoritate usa, uti monumenta testantur: sic Concilium Tolet. IV. anni 633. can. 2. non observatâ Româ, Hispania Officio proprio usa. Hinc credit Baron. §. 70. S. Isidoro in mandatis datum à Concilio, ut volumina elucubraret Ecclesiasticorum officiorum, quibus eum in Missa, tum in horis Psallendis Canonicis nocturnis atque diurnis uti

## FUGA VACUI.

deberent omnes Hispan. Ecclesiæ, unde Missale atque Breviarium ejusdem Isidori, quod Officium vulgò Mozarabicum cluet. Sic in eodem Concil. can. 75. non modò laici, sed & Clerici ad custodiam & obedientiam erga Reges obstringuntur: unde Quicumque à modo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis &c. Anno 1080. Gregorius VII. Alphonso Hisp. R. Toletò Saracenis erepto, Ordinem Romanum suafu Roberti Monachi cluniac. recipere renuenti scribit apud Baron. à §. 62. ac inobedienti excommunicationem minatur, & solliciturum contra ipsum subditos, atque in hunc finem se ad ipsum profecturum. Unde Cardinalis excelsum Papæ animum, & Regis obedientiam laudat à §. 65.

Carolus Molinæus præfat. ad Henr. II. Franciæ R. Jam dudum for-  
dibus Francia polluta est: nec defuerunt sycophantæ novis commentis & fallacibus verbis, præcipuum Coronæ Vestræ Regiæque auctoritatis membrum, i. e. summum Imperium Vestrum, atque leges statutæque condendi, potestatem, Vobis tanq. Regni Vestri summo Domino concessam, lacerare studentes. Ante 240. annos ejus jurisdictionem Regiam Vestram ita isti usurpârant (Ecclesiastici) maximam incolarum Regni partem à suo officio evocaverant, ut neque obedire, neque statutis judiciariis acquiescere vel-  
lent, &c. p. 9. edit. ult. Idem præfat. ad Regium Edictum ostendit Reges Franciæ de Ecclesiasticis statuisse, Clodovæum primam Synodum Gallicanam celebrâsse, plures autem Carolum Mag. qui & leges Saxonibus dederit, ipse & successores Capitularia etiam Ecclesiasticis præscripserit, utpote quibus vestibus Episcopi uti debeant, ut libri S. Scripturæ in Ecclesia legantur, ut pabulum Verbi Dei purum præbeatur, ne ficta prædicentur: de usu & distributione honorum Ecclesiast. &c. &c. Hortatur ergo, ut Reges eodem suo jure utantur, neque peregrina fora permittant.





